

tibus illis contrarios fortes habent isti, videlicet insipientiâ, superblam, & temeritatem, quâ putant verâ esse fortitudinem, & proinde nullam merentur clementiâ, citamq; experiantur vindictâ. Hoc est q̄ ait. In multitudine fortium tuorum cõsurgit tumultus in populo, & oēs munitiones tuæ vastabuntur. Sic factum est, & quando decē tribus captivæ translatae sunt in Assyrios, sic factum est, quando Iudæi, vincens. Romanis, ceciderunt in ore gladij, & in omnes gentes captivi ducti sunt. Consurxerunt enim tumultus in populo illo, triplici discordia (sicut historia referunt) contra semetipsum diuiso, & omnes munitiones eius vastatae sunt, ita vt non relinqueretur lapis super lapidē. Hoc evenit in multitudine fortium, id est, propter multitudinem fortium eius, de qualib. iam dictum est, quia videlicet tales fuere Iudæi malè fortes, sicut testatur ipse saluator in Psal. dicens. Quia ecce cœperunt animam meam, & irruerunt in me fortes. Nunc ad ipsos deualandos apostrophâ faciens, dicit propheticus sermo. [Sicut vastatus est Salmana à domo eius qui iudicavit Baal in die prelij, matre super filijs allisa. sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.] Nota rei gestæ historia est, cui vastationem illorum simile fore denunciat. In lib. nanq; Iudicum scriptum est, angelum apparuisse Gedeoni, qui dixit ei. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. Ac deinceps Tolle taurum patris tui, & alterum taurum anhorum septē, destruesq; arâ Baal, quæ est patris tui, & nemo quod circa aram est, fucide. Hoc factò iubente dño perrexit cum trecentis viris, & vicit Madiâ mirabili genere prelij. Diuisit trecentos viros, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas ac lampades in medio lagenarum. Ingressusque ipse, & trecenti viri qui cum eo erant in parte castrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & custodibus fuscitatis, cœperunt buccinis clâgere & complodere in lagenas. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampadas, & dextris sonantes tubas, clamaueruntq; Gladius domini & Gedeonis. Omnia itaque castra turbata sunt & mu-tua se cæde truncabant fugientes, conclamantibus & persequentibus viris Israel. Ap-præhensi sunt & intercepti duo viri Madiâ, Oreb, & Zeb, & deinde Sebee & Salmana reges Madiâ. Diē illum appellat hic propheta diē prelij, q̄ dicit. Sicut vastatus est Salmana à domo eius qui iudicavit Baal in die prelij. Nâ qui iudicavit Baal, ipse est Gedeo. Vnde vocatus est Hieroboal, eo q̄ dixisset pater eius, vlcatur se de eo Baal, qui suffodit arâ eius. Porro Efa. diē eundē, diē appellat Madian. Iugum (ait) oneris eius, & virgâ humeri eius, & septrū exactoris eius super

asti, sicut in die Madian. Vterq; ita iste, q̄ ille triûphû Christi, quo triûphauit, tã de inuisibilib. quã de visibilib. hostib' suis, triûpho illo asimulauit, quo taliter triûphauit Gedeon de Madian cū illis CCC. viris. Nimium Psalmita quoq; inimicos Dei hostes & Triûphus aduersarios, Christi illis principib. Madian, Christi similibus trium. quorum vnus fuit hic Salmana, similes imprecatur fore in ruina. deus (in q̄) pone principes eorum, sicut Oreb & Zeb, & Zebee, & Salmana. Magnum & memorabile prelium, cuius secundum similitudinē spirituale bellum dñi, tribus prophetis testibus, Efaia, Dauid, & isto Osee confirmatum & prænu-tia tum est fore gerendum. Nam sicut à catholicis atq; orthodoxis est tractâdo de promptû. Gedeon Christi CCC. cum eo viri prædicatorum sanctæ trinitatis typû gesserunt, Madian vero cunctorum Christi inimicorum, quod viri illi non gladios, sed finitris quidem manib. atq; in lagenis lâpadas, dexteres verò sonantes tenuere tubas, eius rei typus extitit, quod sancti prædicatores in minore suorum salutē corporum, in maiore verò cura verbû prædicationis habuerunt. Contra factis hydrijs siue lagenis lampades micuerunt, concrepante sonitu tubarum, & hostes in fugam verû disperierunt, quia prostratis in morte corporibus, magnitudo gratiarû, quæ in illis erat occultior, magis claruit per signa miraculorum, & sic d' spicata sunt contraria Christo molimina hostium, malignorum spirituum siue impiorum hominum.

Nunc secundum literæ præsentis ordinē Salmana siue tenorem ceptum prosequamur intel-lectum. Sicut vastatus est inquit, Salmana à domo eius qui iudicavit Baal in die prelij, matre super filios allisa, sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum. Non dixit, sicut vastatus est Madian, sed sicut vastatus est Salmana, qui fuit rex Madiâ. sic enim ibidem scriptum est. Dixitque Gedeon ad viros Sochoth. Date (obsecro) panes populo qui mecum est, quia valdè defecerunt, vt possimus persequi Zebee & Salmana & reges Madiâ. Quomodo vastat' est ille Salmana? Cùm comprehendisset eos Gedeon, videlicet Zebee & Salmana dixit ad eos. Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. Quibus ille ait. Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. Vniuit Dominus si serualetis eos, non vos occiderem, & cætera quæ concluduntur sic. Surrexitque Gedeon, & intercepti Zebee & Salmana, Idcirco propheta cùm dixisset, sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui iudicavit Baal in die prelij, addidit, matre super filijs allisa, quia videlicet matrem ipsius Gedeon vehementer alliserant super filijs, quorum mors maternorum viscerû allisio non esse non poterat, quam etiam ob causam noluit seruire Gedeon, sed in-terfecit